

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vincentii Chartarii imagines deorum ... qui ab antiquis conlebantur

Cartari, Vincenzo

Moguntiae, 1687

De Jove

[urn:nbn:de:bsz:31-341151](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-341151)

cessibus tumescerent: divitiæ namque, ac cætera, quæ a mortali-
bus tantæ sunt, Lunæ conferri possunt, quæ aliis tota est lucida; alias tantum de suo
splendore imminuit, et vix cernatur; alias etiam totum amisit, ut nunquam
extare videatur: ita & illa interdum maximam sui præbent intuentibus admi-
rationem, quæ mox elapsa, hominem antea clarissimum, destituant, omnibus-
que despiciatissimum reddant. Sed postquam in hanc tractationem delapsi su-
mus, eam continuemus, cum nihil de Luna dicendum super sit. Hunc lunula-
rum morem sunt qui in Arcades referant; qui se omnium Græcorum antiquis-
simos, atque nobilissimos jactabant; nam se ante Lunæ procreationem existi-
tisse volebant: in quam opinionem devenerant, quod Arcadia in Peloponnesi
medio esset, si longitudinem spectes, universamque Græciam altitudine su-
peraret, aliisque esset montibus referta. Quare diluvii tempore soli Arcades fe-
runtur evasisse, cum se ad montium vertices recepissent. Ibi degentes, quoad
quæ decrevisissent: tum autem ex cavernis emergentes, Lunamque cernentes,
tamquam veteri una cum cæteris rebus abolita, recens aliam natam sibi persua-
sisse: hincque occasione sumpta, se omnium antiquissimos, ac nobilissimos esse
jactitabant, quandoquidem vel ipsam Lunam tempore anteverterent. Fieri igitur
potest, ut & Romani lunulis se insignirent, ut id scilicet eorum nobilitatis es-
set argumentum. Athenienses quoque, cum se omnium hominum antiquis-
simos & terræ ortos probare vellent, aureas cicadas variis modis capillis: &
plicitas ferebant: cujus rei testis est Suidas, Athenæus autem hoc ad Athenien-
sium delicias refert, ubi adolescentes frontem cicadis aureis redimire solebant.

DE JOVE.

TANTUM sibi Jupiter apud veteres gloriæ peperit, post Saturnum
parentem à cælo in terras deturbatum, ut, quemadmodum in fabulis
exstat, Deorum maximus apud omnes fuerit habitus. Quare passim ei tem-
pla, æræ statuæque ponebantur; ab universis Rex mundi Dominus vocari
cepit, perinde atque omnia sua potestate contineret. Eundem Optimum,
Maximum appellarunt; cum ejus bonitas per cuncta dividi, omnibus prodesse,
nihil prætermittere, suæ beneficentiæ expers putaretur; neque solum benefa-
cere vellet, sed & maxime omnium posset; cum ita potentia polleret, ut ni-
hil esset, quod sub ejus potestatem non caderet. Itaque apud Latinos Jupiter
à juvando nomen habet, sicut apud Græcos ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod est à vivendo,
eo quod cunctis rebus vitam suppeditare crederetur. Qua propter non inju-
ria Platonici eum pro mundi anima, quaqua permeante posuerunt. Fuerunt
etiam qui existimarent, eum divinam mentem esse, quæ hæc rerum universi-
tatem procreavit, procreatamque summa eam providentia administrat;
quem omnes Deum appellamus. De hoc Jamblichus in libro de mysteriis
Ægyptiorum loquens, ita fere dicit; quandoquidem Deus inter universa
eminet, suumque splendorem tamquam ab omnibus separatus emittit, at-

unde
ant.

que totus ex sese aptus, non aliunde pendens supra mundum incedit, propterea a Ægyptii cum supra Lotum sedentem effinxerunt, quæ aquatica est arbor. ^{Jupiter supra Lotum sedet.} hoc innuentes, materiam, ex qua mundus est coagmentatus, ei esse subiectam: eamque ab illo administrari, absque eo quod aliqua ratione tangatur; ejus enim administratio sub nullum sensum cadit, cum tota intelligentia, ac ratione percipiatur: quod à loto adumbratur: cum ejus frondes, atque fructus sint rotundi; mens enim divina in se ipsam in orbem torquetur, semperque eodem modo intelligens, cuncta moderatur. Hinc monarchia illa, supremus principatus dictus, existit, qui ab universis rebus secretus, immobilisque permanens, in summa semper quiete ac tranquillitate perseverans, omnia regit, cunctis motus tribuit, universisque providet. Hunc antiqui magnum illum Jovem esse intellexerunt, ceteri ^{Jupiter ubi que est.} li regem, quique in suprema universi parte degeret: eundemque dicebant, prout rerum est effector, videri quodammodo ad inferiora descendere, aliquibusque à se effectis, per quæ alia architectatur, nomen interdum suum mutuari. Quare Seneca in quæstionibus naturalibus scribit; sapientes nequaquam Jovem eum intellexisse, qui in Capitolio aut in aliis templis fulmine armatus cerneretur; sed potius mentem, atque animum existimasse omnium custodem, universique administratorem, qui quo hanc rerum universitatem condiderit, ac eandem nutu suo gubernet. Ac propterea divina quæque nomina ei convenire. Itaque optimo jure Fatum appellari posse, ut à quo ordo, seriesque causarum inter se aptarum dependeat. Idem ^{Jupiter Fatum.} & Providentiam dicit, cum ipse provideat, ut omnia perpetuo pereanni quodam cursu ad finem, ad quem sint destinata, currant. Naturam quoque ^{Providentia.} nuncupari, ex eo enim cuncta nascuntur, per eumque quidquid vitæ est ^{Natura.} particeps, vivit. Mundi quin etiam nomen illi congruere; quæcumque enim ^{Mundus.} sub aspectum cadunt, ipse est, qui se ipso nititur; suoque ambitu omnia complectitur, universaque suo numino complet. Quare de eo à Virgilio Ecloga III. dicitur;

- Jovis omnia plena.

Orpheus etiam Jovem omnium primum atque postremum appellabat, eundemque omnia tempora, quæ unquam fuerint, præcessisse, perman- surumque post cuncta, quæ futura sint; illum supremam mundi partem colere, intusnam quoque omnium attingere, totumque ubique esse dixit. Alibi idem vates, Jovem suis quasi coloribus pingens, universi figuram ei attribuit, ita ut ejus caput una cum aurata coma ipsum sit coelum fulgentibus stellis conspersum; è quo aurata duo cornua exstant, quorum alterum sit oriens, alterum vero occidens; oculi Sol atque Luna, aer et instar lati sit pectoris; ejus humeri duabus magnis alis sint præditi, quæ ventorum velocitatem significant; Deus enim velocissime per omnia excurrit, imo nusquam

H a

non

Pan.

non est præsto : amplissimus ejus uterus vastissima sit hæc tellus , Oceano circumdata : pedes infima orbis terrarum pars existat , quæ mundi centrum appellatur. Hæc Jovis imago ab Orpheo efficta , cum sit Panis imagini similima , me quodammodo admonere videtur , ut aliquid hic de Pane dicam ; præcipue eum eo veteres hanc rerum universitatem adumbrari censuerint. Sed & Jupiter Lycæus olim idem atque Pan erat ; quod ex ejus simulacro patet , quod nudum erat , nisi quod caprina pelle aliqua ex parte contegebatur. Hic , ut Justinus lib. XLIII. ait , in Palatini montis radicibus templum habebat. De Pane ergo legitur , eum fuisse montium , silvarum , ac lucorum Deum. Nam antiquorum Dii non omnes cælo concludi poterant ; quare eorum numero aliqui in terras erant ablegandi. Pani autem præcipue à pastoribus divini honores deferebantur , ut qui eorum esset tutelaris Deus , sub ejusque patrocinio essent greges ; quemadmodum de eo Virgilius primo Georg. scripsit ;

Pan ovium custos.

Quia vero greges atque armenta sæpe in silvis pavere videntur ; cum tamen nulla terroris causa extet ; eam veteres ad Panem retulerunt ; hincque , omnem improvisum timorem panicum terrorem appellarunt ; vel etiam quod Pan primus dicatur , qui cocleæ usum docuerit , qua pro tuba Tritones utebantur : hujus sonitu in bello contra Titanes tantum hostibus terrorem objecit , ut eos repente tamquam furentes in fugam coegerit : quod etiam Gallis duce Brenno , ut Pausanias in Phocæis refert , Græciam ingressis accidit ; nam maxima clade accepta , nocte sequente panico hoc terrore correpti sunt : cum initio pauci tantum , post & universus exercitus magnum equorum strepitum sibi visus esset audire , atque videre contra se hostes maximo cum impetu irruentes : quare repente arreptis armis , & inter se facto agminis dissidio , vicissim & occidebant alii alios , & occidebantur : cum neque per tenebras , & amentiam illam patriam linguam intelligerent , neque vultus inter se , nec scutorum signa possent agnoscere : sed contrariis ordinibus utrimque per cæci illius erroris vecordiam , Græci esse , qui contra pugnarent , viderentur , & Græca esse arma putarent , quin & Græcam esse vocem crederent , quam homines mitterent ; Græci cum id animadvertissent , magno impetu irruentes , eos usque ad internecionem ceciderunt. Hoc terroris genus , qui repente hominem occupat , à Pane immixti credebatur. Idem in Arcadia præcipue colebatur instar Deorum , qui majorum gentium dicuntur : quare perpetuus ignis in ejus templo custodiebatur , ubi oraculum olim erat , quod responsa per Erato nymphiam reddebat. Athenienses etiam ejus cultum susceperunt , posteaquam videndum se præbuerat nuncio , quem Spartam auxilium contra Persas petitum miserant ; cui pollicitus fuerat , se Atheniensibus in Marathonis campis auxilio futu-

futurum : suum autem promissum in die conflictus representavit ; nam homo rusticanus visus est, qui post ingentem stragem Persarum, aratro editam, repente se ab omnium oculis abstulit. Eo autem in loco, ubi Pan Atheniensium, nuncio occurrerat, in silva scilicet Parthenia, templum ei positum est: in ea silva plurimæ erant Testudines, musicis instrumentis maxime idoneæ: sed Incolæ religione impediti, eas nec ipsi sumere, nec externis sumendas permittere audebant; nam Pani consecratas arbitrabantur. Sed operæ præmium fuerit Siliî Italici carmina apponere, quibus lib. XIII. Punicorum Panem describit, à Jove missum, ut panicis terroribus Hannibalem ab urbis obsidione deterreret. Carmina autem ita se habent;

- Pendenti similis Pan semper, & uno

Vix alla inscribens terra vestigia cornu:

Dextera lascivit, casa Tegeatide capra,

Verbera lenta movens festu per compita cauda,

Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus.

Ac parva erumpunt rubicunda tempora fronte.

Stant aures, summoque cadit barba hispida mento.

Pastorale Deo baculum, pellisq;æ sinistrum

Velat grata latus tenere de corpore dama.

Nulla in præruptum tam prona, & inhospita cautes,

In qua non librans corpus, similisque volanti

Cornipedum tulerit præcisa per avia plantam.

Hæc ejus in currendo velocitas, celerrimum mundi motum innuit; nam hic Deus rerum universitatem significat; $\pi\alpha\upsilon$ enim omne sonat. Hinc veteres cornua tribuerunt, in radiorum Solis (ut Servius inquit) & Lunæ cornuum similitudinem: addit Johannes Buccacius, ea quæ è fronte sursum versus emergunt, cælestia corpora indicare, quorum bitariam à nobis cognitio paratur; vel per artem, quæ nos instrumentis quibusdam stellarum motus, earumque inter se distantiam metiri docet; vel ex effectibus, quos inferius gigni per ea videmus. Rubet ejusdem facies, ad imitationem ætheris, qui tanquam purissimum quidpiam cunctis elementis innatans est in finibus superioris, atque inferioris mundi. Promissa barba ad pectus duo superiora elementa, hoc est, aerem, atque ignem vim masculinam possidere designat, quæ in cætera duo, virtutem foemineam habentia suam efficacitatem exserant. In pectore vero nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem, quibus octavus cæli orbis est insignitus, qui omnia suo auctu quodammodo contegit. Pedum habet in manu, quod, juxta Boccacii sententiam, natura omnium providentiam adumbrat, quæ ita universa administrat; ut cunctis exceptis tamen ratione præditis animantibus, finem suam determinatum præscribat, ad quem illa ferantur: Servius addit, pedum esse

Echo,

esse recuruum, propter annum scilicet, qui in se recurrit: Fistulam septem calamorum in altera manu habet, nam ipse primus calamos cera componere docuit, idemque primus fistulam ita compactum inflavit, ut Virgilius dicit quod cœli harmoniam repræsentat, in qua septem soni sunt, & septem discrimina vocum: quam & ab Echo à Pane adamata, Macrobius vult designari: cujus rei Alexander Aphrodiseus rationem reddit, vulgarem esse errorem dicens credentium, Echo aut Deum esse, aut à Pane adamatam; ea enim nihil aliud est, quam vocis ad concava loca allisæ boatus: cujus rei causam cum quidam miro studio peruestigaret, eamque minus intelligeret, non secus molestia afficiebatur ac ii, qui re amata potiri nequeunt. Fabulantur præterea de Echo poeta, ut apud Ovidium est legere, eam magno Narcissi amore correptam, cum re amata frui non posset, ob verecundiam se in antra abdidisse, ibique se mœrore confecisse, ita ut tamquam saxum obticesceret, neque aliquid sui reliquiarum dimitteret, præterquam vocem, quam Lucretius testatur, se alicubi sexies, aut etiam septies repetitam audivisse. Pausanias quoque fidem facit, alicubi apud Eleos porticum quamdam fuisse, ubi septies, & eo amplius vox replicata audiretur. Echo Dea, aeris, atque linguæ filia ferebatur; itaque humanum aspectum fugiebat. Quare elegantissimum exstat Ausonii Galli Epigramma, contra eos, qui illam suis quasi coloribus exprimere student; id autem est hujusmodi:

Vane quid affectus faciem mihi ponere pistor,

Ignoramque oculis sollicitare Deam?

Aeris & lingua sum filia, mater inanis

Judicii, vocem qua sine mente gero.

Extremos pereunte modos à sine reducens,

Ludificata sequor verba aliena mei.

Imago, 18. a.

Auribus in vestris habito penetrabilis Echo:

At si vis similem pingere; pinge sonum.

Panis pars inferior,


Sed nunc ad Panem revertamur; cujus partes inferiores sunt hispida, caprinique pedes, ut ostendant terræ soliditatem, atque asperitatem, nec non propter arbores, Virgulta, variasque herbas quibus terra est confita. Verum, Macrobius primo Saturnal. Panem pro Sole ponit; qui ejus cornua inquit, barbæque prolixam demissione naturam lucis innuere qua Sol & ambitum cœli superioris illuminat & inferiora collustrat: Fistulam cœlorum Harmoniæ esse signum, quæ ex motu Solis hominibus innotuerit; virgam potentiam designare, quam idem in omnia exerceat, pellem maculosam stellas ostendere, quæ post Solis occasum se videndas præbeant. Sed si e hoc siue illud Pan significet. Plato enim cujus est sententiæ, ut putet, cum sermonis esse symbolum, atque bifformatum esse, hominem nempe ac capram; verum enim quandoque homines loquuntur interdum

Imago 18.



m
re
cit
ra
e.
m
n;
u-
us
e-
re,
ob
m
raz
fe-
ud
li-
um
os,

da,
nec
ita,
or-
Sol
lo-
vir-
cu-
ant,
ut
nem
ter-
um



dum & falsum ejus superior pars verum adumbrat, quæ cum levis sursum semper tendit; inferior vero falsum designat, ut quæ belluæ similitudinem gerat, mendacium enim non nisi inferius inter mortales habitat sed quomodocunque, inquam, Pan significet, ita certe exprimebatur. Erat Caprina facie; rubro colore, Hirtis cornibus, pectore sideribus radiante, infima sui parte hispida, & caprino pede, altera manu fistulam tenebat, altera pedum incurvum.

Eodem fere modo Faunus Sivanus, Satyrique efficti sunt, qui omnes parvam quamdam, brevemque habebant caudam, erant etiam seris redimiti exiliis, atque arundinibus confecti: interdum & populo atque forniculo coronati leguntur, nam Virgilius in Egloga ultima ita de Sylvano scribit.

*Venit & agresti capiti Sylvanus honore,
Florentes ferulas, & grandæa lilia quassans.*

In primo autem Georgic. ita de eodem dicit.

Et teneram ab radice feros Sylvane expressum.

Quia ut eo in loco Servius dicit, in eam arborem Cyparissus à Sylvano adarmatus, conversus narratur hic à veteribus non Sylvarum modo, sed & agrorum Deus est existimatus, eique agrorum colendorum cura est tradita, ad quam eum ceremoniis quibusdam Antiqui provocabant tum scilicet, cum mulieres parturiebant, ut in ea occupatus, noctu nullum ejusmodi mulieribus negotium faceretur. Publica enim persuasione hic putabatur quiescentes invadere, ac pondere suo pressos, & sentientes gravare. Sed præliterit, ut universum veterum ritum in avocando à puerperis Sylvano ex D. Augustino lib. vi. de civit. Dei recensamus; ita autem scribit; Mulieri facta post partum tres Deos custodes Varro commemorat adhiberi, ne Sylvanus Deus per noctem ingrediatur, & vexet; eorumque custodum significandorum causa tres homines nocte circumire limina domus: & primo limen ferire securi, postea pilo, tertio devertere scopis; ut, his datis cultura signis, Deus Sylvanus prohibeatur intrare: quia neque arbores caduntur, ac putantur, sine ferro, neque far conficitur sine pilo, neque fruges coacervantur sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos Deos, Intercidonem à securis intercisione, Pilumnus à pilo, Deverram à scopis; quibus Deis custodibus contra vim Dei Silvani facta conservatur. De Satyris Lucianus scribit eos instar caprarum aures habuisse acutas, calvos etiam esse, ac in eorum capite duo cornicula eminere: Philostratus addit, eos rubra esse facie, humano aspectu, cæterum pedes habere caprinos. Quare velocissimi finguntur, ut Plinius refert, lib. v. Natur. histor. & in subsolanis Indorum montibus inveniuntur. Sed ob ipsorum pernositatem non nisi senes jam, aut agrotantes capi possunt, ut Plutarchus dicit, cum narrat, unum ex his ad Syllam adductum, cum ex bello Mithridatico reverteretur.

Paufanias

Pausanias in Atticis scribit, sibi à quopiam affirmatum, qui tempestate ad insulas quasdam Oceani, Satyridas dictas appulisset; homines ibi agrestes habitare, eosdem rufos esse, & caudas haud multo equinis minores infra clunes habere; eos, ubi primum hospites sentiant prope adesse, ad navium concursu facto, nulla emissa voce in mulieres, quæ in navis sint, manus iniicere: quod mirum in modum cum iis consentit, quæ de Satyris traduntur. D. Hieronymus in vita Paulli Thebæi refert, Antonium, cum deserta Ægypti peragaret, Homunculum quemdam vidisse, qui cornua in fronte habebat, naso erat recurvo, cruribus, atque pedibus caprinis erat: eumdemque, hoc monstro viso, sacro sancto crucis signo tamquam amuleto se munientem ab eo, quis esset, postulavisse: tum illum ad ejus interrogata respondentem, se mortalem esse, falsum esse, silvarum incolam, eorumque unum, quem homines a vera religione alieni ut numen colebant, se Faunos, atque Satyros appellantes. Hujusmodi cælum non incolebant, sed in terris una cum Nymphis, aliisque silvestribus Diis perpetuam vitam traducebant; ut Jupiter de eis apud Ovidium primo Metamorph. dicit in Deorum concilio, quod ad mundum diluvio obruendum cœgerat. Idem & Semidei nuncupabantur; nam licet instar Deorum prodesse, aut nocere posse crederentur, itemque multa, quæ futura essent, divinare; verum tamen tandem aliquando morerentur oportebat.

Sed, ut ad Panem revertamur, Herodotus scribit, eum unum ex octo majorum gentium Diis, quos Ægyptij colebant, existisse; nam quemadmodum superius diximus, duodecim tantum prima esse numina, Ægyptij opinabantur: sed tamen & octo alios, in quorum numero erat Pan, illos duodecim præcessisse dicebant. Panis simulacrum apud hos non differebat ab eo; quod Græci effingebant; non quod cum Græcis consentirent; Panis scilicet numen esse minus, quam cæterorum opinantes, sed causam hujus rei, dicit Herodotus, se male reticere: quam patefacere: Vnde discamus licet, quam diligenter antiqui caverent, ne sua illa arcana enunciarent. Item Herodotus subjicit, apud eosdem magno cultu capras atque hircos esse affectos, caprarios quinetiam plurimi factos: sed inter cæterorum unum quemdam; cujus in ortem tota illa regio maximo luctu sit prosecuta. Sed universus honos his habitus, ex eximo cultu posicifcebatur, quo Panem venerabantur. Apud Græcos etiam magni capra fiebat; sed longe diversa ratione: nam, ut Pausanias refert, cum circa capræ ortum (sunt autem quædam stellæ, quæ juxta Ovidij sententiam Kal. Maji se videndas præbent, si fere aliqui calamitas vineas vastaret, Corinthij æneam capram in foro collocarunt, cui divinos honores tribuebant, eandemque auro exornabant, ne cœlestis capta vineis noceret. Eusebius scribens de bestiis, quas Ægyptij venerabantur, inter cætera dicit, propterea apud eos Panem atque Satyros

Satyris
vitiis.

Arcana non
possim vul-
gata.
Caprarii
plurimi fa-
cti.

Capra cui
veneratur.

tyros numina habita, quod ii humana prolis incremento essent maxime appositi, ut ex eorum simulacris, hircina forma cum genitali membro arrecto propositis pater: semper enim ad coitum paratum dicunt, Satyrique omnium salacissimi credebantur: quare Bacho comites sunt non injuria dati, quod vinum scilicet hominem vehementer ad libidinem inflamat. Quam- *Satyri Bachi*
obrem Philoxenes Erethrius, ut Plinius refert, cum lasciviam oculis sub- *coniter.*
jicere vellet, tres satyros pinxit, qui plenis poculis se ingurgitarent, seque mutuo ad bibendum inuitare viderentur. Id maxime simile est Sileni simulacro (hic enim & inter agrestes Deos connumeratur) *Lascivia.* cuius templo ipsi apud Eleos dicato, Ebrietas poculum vino circum fluens porrigebat. Porphyrius opinatur, Græcos ad Ægyptiorum imitationem aliqua simulacra ex homine, atque bellua effinxisse (non quod belluas & ipsi colerent) nem interdum Jupiter arietinis cornibus cernitur, & Bacchus taurinis: *Pini Panis*
Pan etiam ex homine & capra constat: Huic antiqui Pimum consecrarunt *Jaera.* eam aliquando illi in manus tradentes, interdum & caput ejus Folis coronantes: Hujus causam ferunt, quod in eam arborem *Pyrus* puella à Pane magnopere amata mutata fuerit ut etiam de Syringa nymphea dicitur quam cum idem sequeretur, illa implorato terræ auxilio in calamum conversa est, quem Pan ad solatium Amoris incidit, & sibi fistulam fecit.

Nunc tanquam postliminio ad Jovem tandem revertamur, qui omnium Deorum maximus habebatur, atque ideo universi administratio penes eum esse credita. Is effingebatur prout ejus imago à Porphyrio, Eusebio, Suida, atque aliis describitur, sedens, ut significaret, numen, quo mundus regitur atque conservatur, semper idem permanere, ita ut nullam unquam mutationem admittat. Ejusdem superiores partes nudæ cernebantur ut ex eo intelligeremus, Deum divinis illis mentibus, quæ ab omni materiæ concreione longissime remotæ, cælum incolunt, quatenus fas est, sese aperire, inferiores autem amiculis contegebantur, quod ac refertur, nos, dum hoc corporis carcere, ut ita dicam concludimur; Deum quemadmodum est, intueri non posse, sceptrum præterea sinistra manu gerebat; nam in parte hominis sinistra cor esse constat, quod quidem principale membrum habetur, à quo virtus, quæ vitam continet, profuit, eo per totum corpus dividitur, non secus mundus a Deo vitam haurit, qui Regis instar pro suo arbitrio eam dispensat atque disponit, Dextera interdum, Aquilam porrigebat, aliquando & Victoriæ sigillum; hoc innuens, se sicuti Aquila inter aves regnat, ita inter cælites primum locum obtinere: eandemque omnia sub suam ditionem rede gisse, perinde atque Victoriæ jure ea sibi comparasset. Cum ergo tota omnium rerum potestas sit penes eum, hinc sit ut prout est ei libitum, ea alias aliter se habeant cujus vicissitudinis ratio plerumque

Imago 19. a.


homines latet, qui bonorum atque malorum dispensationis cælitus in mortales administrata eorumque inter se permutationis causam ignorantes, vehementer interdum de tota dvinæ providentiæ ratione ambigunt. Quare Homerus apud Jovem duo dolia esse fingit, alterum bonorum, alterum malorum plenum; quæ ipse pro suo arbitrio versaret, ex eisque alternatim huc quantum sibi videretur, effunderet. Alius quinetiam Poëta antiquus dicebat, Jovem trutinæ momentum huc vel illuc declinare, prout huic vel illi decreverit benefacere: quod commentum etiam Homero est ferendum acceptum, nam is Jovem, auream trutinam tenentem facit, qua Græcorum, atque Trojanorum res pendat, amborumque inter se causas conferat, ut utri sit victoria adjudicanda, videat. In Pyræo, quod erat Atheniensium navale, sicut Pausanias scribit, statua erat Jovi consecrata quæ sceptrum in manibus atque Victoriam continebat. Ægyptij, quæ sacras miris quibusdam involucris contegebant, quas maximo studio occultabant, ne profanis ad eas intelligendas, pateret aditus; illi Deo sceptrum etiam attribuerunt, quem ipsi Conditorem appellabant; qui ideo maxime cum Græcorum Jove consentire videretur. Quare non est, cur quis miretur, quod eorum simulacra simul describam, nam, licet nomine aut effigie inter se non conveniant; tamen, cum idem significare videantur, non absurdum esse sum raturus, si ea consociem. Creator ergo apud Ægyptios humanæ erat formæ, cerulei coloris, circulum una, altera manu Sceptrum tenebat, in capitis vertice pennam habebat, quæ designabat, rerum creatorem inventu esse difficilem; qui & Rex est, cujus rei sceptrum est argumentum; in ejus enim manu est positum, vitam universo tribuere, quam ille suppeditat, cum se ipsum intelligens, in orbem quodammodo torquetur: quod circulus denotat. Ex ore idem ovum emittit, ex quo Vulcanus excluditur: ovum nobis mundum representat; per vulcanum autem calorem illum intelligimus, qui per mundi partes pervadens, rebus vitam elargitur.

Universi
imagines.

Sed quando incidimus in mundi simulacrum; non abs re fore arbitror, si pauca de ea dixerò. Ægyptij ergo Mundum etiam adumbrabant, hominem pedibus inter se intortis pingentes: is indutus erat veste variis coloribus distincta, usque ad pedes demissa; capite magnam globum auratum sustinebat; quæ eo referuntur, ut admoneant Mundum rotundum esse, nunquamque locum mutare, ac variam naturam astrorum esse. Hoc Porphyrius scribit, quemadmodum ex eo Eusebius refert: qui & narrat, ab Ægyptiis Mundum ita effictum, Duos circulos efficiebant, quorum unum supra alium collocabant; quibus serpentem implicabant, qui accipitris caput haberet: circuli Mundi magnitudinem, ac formam ostendebant, serpens bonum Dæmonem universi conservatorem, quid sua virtute contineat designabat; hoc est, spiritum illum quaqua pertinentem, qui vitam omnibus, atque alimentum

Imago 19.





tu
pe
ad
tr
co
fer
qu
pu
M

eff
rut
rat
du
ye
vir
vo
va

qu
bis
se
no
jus
Ist
rib
au
La
eu
Pri
sua
At
nib
eff
sta
fan
oc
reg
ex
co

tum tribuit; namque Phœnices, & Ægyptii divinæ cujusdam naturæ serpentes existimabant; cum illos cernerent, non exteriorum membrorum adjumentis, aliorum animalium instar, sed spirite quodam, ac virtute intus latitante impulsos, velocissime incedere, maximaque celeritate totum corpus in varias formas torquere; adde, quod diutissime vivant; nam senectutem una cum pelle ponunt; itaque ad juventutem reformati, numquam occumbere posse videntur, nisi ab alio interficiantur. Accipitris caput ei imponunt, propter maximam scilicet volubilitatem, atque agilitatem Mundi significandam.

*Serpentes di-
vina cujus-
dam natura
existimati.*

Martianus lib. primo de Nupt. Philolog. ita in senatu Deorum Jovem effinxit; In capite flammantem coronam habebat, & super ea velamen rutilum, Minervæ manibus confectum; vesti admodum candidæ obdixerat hyalinos amictus, crebris quibusdam stellis inter distinctos; manu dextera duos orbes amittebat, aureum alterum, ex electro alterum, lava ἐννέα ὄσσοισιν chelin innitenti similis premebat: calceos autem Smaragdineæ fluctu viriditati, herbosos vestigiis eius Tellus attexerat; insidebat autem ex pavonum pennis intertextæ, oculatæque pallæ; ex qua multicoloribus notulis variata pictura vernabat: sub calceis vero fuscium deprimebat.

Jovis imago.

Sæpe Jovi legimus statuas quasdam positas, quæ non solum qualis esset, quidve posset docebant, sed inde quoque facile discere poteramus, quid nobis esset agendum, præcipue vero Reges, ceterique principes viri quomodo se cum inferioribus gerere deberent; hi namque (ut superius diximus) Dei nobis imaginem adumbrant, quare eos pro virili parte, divinam Providentiam justitiam atque Bonitatem in se exprimere oportet. Itaque Plutarchus in Isidis & Osiridis libro scribit Cretenses, Jovis simulacrum effinxisse quod auribus careret, & iis mutilum esset, id significantes, dominatorem omnium audire debere neminem sed æque omnibus patulas offerre aures. Contra Lacædemonij summum Jovem cum quatuor auribus depingere solebant, eum undique & omnia audire innuentes: quod Regis quoque ac cujuslibet Principi prudentiæ convenit, qui pro munere sibi injuncto, populorum qui suæ fidei sunt crediti facta summo studio pervestigare atque audire debet. Atque eodem forte spectabat, qui Jovi tres oculos tribuit perinde atque nihil omnino eum, latebat sed omnia ei cognita, ac perspecta sint: qualem esse hominibus præsentem oportet. Hinc illud manavit Justitiam cuncta cernere, ut etiam ex ejus imagine intelligamus licet: Sed Pausanias aliam quamdam rationem affert, cur Iupiter apud Argivos tres oculos haberet, quorum tertius esset in fronte, quod scilicet is tria regna obtineret, unum in cælo, nam vulgo Iupiter in cælo regnare existimabatur, alterum in inferno, quod est in terra, nam terra cælo comparata, inferorum locorum vicem tenet, quare cum Homerus Jovem

*Iupiter auri-
bus carens.*


*Iupiter qua-
tuor auribus
præditus.*

*Iupiter tri-
bus oculis
præditus.*

infernum appellat, tertium est in mari, nam Æschylus maris regem cum vocat, Martianus etiam capella, ut paulo ante dicebamus, ei fusciculum subicit: Orpheus quoque quodam in hymno Justitiam orat, ut omnium viventium curam suscipere velit, qui à matre terra atque Jove marino aluntur. Quamobrem juxta Pausaniae sententiam tres Jovis oculi triplicem ejus potestatem significant, in tria illa regna, in quæ orbis divisus fingitur, inter tres Saturni filios masculos, quorum Neptunus Mare, Pluto infernum est sortitus.

Sed quia dicere cæperamus, antiquos sæpe in Statuis effingendis id spectasse, ut iis quale esset Principis munus adumbrarent: id operæ præmium facturum arbitror, si paulo latius explicuero. Plutarchus, refert, Ægyptios cum Regem vellent innuere, sceptrum in cujus vertice oculus esset, depinxisse (ut superius quoque in solis imaginibus diximus) Jovem quoque eadem forma effinxisse, hoc significantes, Regem sicuti potestate plurimum pellet, (sceptrum enim principatus atque potestatis in inferiores exercitæ est symbolum) ita vigilantem in sua administratione esse in omnibus, summæ Justitiæ uti debere, nam & interdum Jovi assistentem Justitiam veteres fecerunt, ea ratione, quod, quæcunque reges facerent cum Justitiâ conjuncta esse deberent. Solebant quin etiam veteres, ut Suidas refert sceptrum describere, ad cujus verticem Ciconia, ad calcem Hippopotamus esset, ita Regem ostendentes, pium Justum, eorumque severum vindicem esse deberet, qui viribus atque injustitiâ freti homines imbecilles opprimunt: nam ferunt, Aristotelesque sua auctoritate confirmat, Ciconiam suos parentes, cum senuerint, alere, tamquam eis gratiam educationis referat: quod pium justumque certe est opus: sed contra, ut Plutarchus scribit Hippopotamus est adeo injustus atque impius, ut in patrem violenter insurgere, eumque interficere non vereatur, ut postea liberius cum matre coeat. Apud eundem Plutarchum est legere, Thebis quædam statuas esse sine manibus, quæ judices significabant, ii namque manibus careant oportet, quod est, nullum præmium, aut donum oblatum capere debent, quibus corrupti injuriam innocenti faciant, aut causam indigno adjudicent. Inter has quædam carens oculis inerat, quæ principem, qui judicibus præest, representabat; is enim omnis perturbationis, odii, aut amoris debet esse expers, id tantum spectans quod justum sit, nulla personarum ratione habita; sed omnibus absque ullo discrimine justitiâ administrandam curans: quod quidem officium, est Regis, ac Principis, non solum eorum, quibus magistratus aliquis est mandatus, qui & naturæ lege juste munus suum obire tenentur; & ad id præstandum se juramento obstrinxerunt. Quod si fecus fecerint, utrique à Jove perjurii ultore à se poenas exigendas existiment; quemadmodum quibusdam quoque statuis antiqui





an
he
ta
fo
P
fo
b
d
fo
a
d
q
a
P
P
r
v
S
r
E
P
C
a
r
v
c
t
j
v
r
f
t
f

antiqui adumbrabant : nam apud Elæos quædam perfidis ac perjuris vehementer formidanda visébatur. Hæc fulmen utraque manu continebat, tamquam ad pœnas à perjuro capiendas esset paratissima.

De pœna quoque perjuri Aristoteles in libro de rebus admirabilibus refert, quemdam fuisse fontem in Cappadocia apud Tyanam ejus regionis primariam urbem, quæ aquam haberet frigidissimam, sed tamen semper feruere videretur : ad hunc Frontem si quispiam ductus esset, de quo dubitaretur, perjurus esset nec ne ; si quidem verum dixisset, aqua lente defluébat ; si vero pejerasset, ea mirum in modum conturbata, ac tumescens pedes, manus, atque faciem perjuri perfundebat, perinde atque ab eo perjuri pœnas exigeret ; neque contra eum quodammodo exardescere desinébatur, quoad is, veritate patefacta, veniam sceleris implorasset : quod si in mendacii asseveratione perstitisset, hydropicus inde recedebat, aut magnam saniei copiam ex ore vomebat. Quare fontem illum Jovis perjuri appellabant. Pausanias in Corinthiacis refert, Corinthi intra septimum Neptunii templi fuisse Portuni ædem, ubi erat cella : aditus ad eam erat subterraneus ; ibi Portunum latere ajebant ; eo in loco si quis vel civis, vel hospes pejerasset, perjuri pœnas effugere non poterat. Elæi ad aram Sospolis, tutelaris ipsorum Dei, juraturi accedebant ; idque maxima cum religione : ritum quem servabant Pausanias recenset. Idem quoque in Eliacis prioribus morem narrat, quo utebantur olim veteres juraturi in ludis Olympicis ; quo undique homines vel ad certandum cursu, aut pugilatione, aut luctatione, aliisve id genus ludis, vel spectandum confluebant : nam qui victoriam reportassent, summos consequébantur honores : quare bona fide, absque ulla fraude erat agendum. Itaque solenne erat cunctis athleticis, eorumque parentibus, fratribus, gymnasii magistris super exsecuti suis testibus verbis conceptis dejerare, nihil se fraudis facturos, quo minus Olympici ludicri fierent : Athleta quidem ipsi hoc amplius jurabant, se decem perpetuos menses in ludicram exercitationem propositi certaminis consumpsisse : jurabant præterea, qui de viris, vel de pullis equorum, in certamen prodeuntium pronuntiaturi essent, ob rem judicandam, pecuniam se nullam capturos ; quia vero re adducti, quemvis aut probassent, aut improbassent, se non esse in vulgus prolaturus. Quia vero id quoddam sacrificii genus erat, in quo victima carnem post sacram rem peractam comedebant ; idem Pausanias subjicit, sus ille, confecto jurejurando, cuiam esset usui, percontari, sibi in mentem non venire ; veteri quidem religione sancitum se scire, re victima vescerentur homines, super qua jusjurandum conceptum fuisset. Id Homerus testatur, cum exsecutum illum suem, super quo Agamemnon jusjurandum concepit, Briseidem se non attigisse, in mari à Falthybio feciali abjectum dixit. Similis fere ritus penes Romanos erat, in fœderibus per-

jurandi ritus.

Jupiter Hor-
cicus.

cutiendis : jurabant enim , execrationesque quasdam super porca concipiebant , presentibus fecialibus . Sed nunc , juramenti ritibus omissis , ad Deum , quem juramenti praesidem dicebant , revertamur ; hunc Graeci Jovem Horcium appellabant , cumque fulmen ambabus manibus tenentem effingebant : Sed eum Romani aliter & nominarunt , & expresserunt ; Licet idem Jupiter Horcius apud Graecos & Deus Fidius apud Romanos secundum nonnullorum sententiam esset ; Sicut enim ille juramento praerant , ut verum justumque esset ; ita hic fidei servandae praeser erat , atque hac de causa divini ei honores tribuebantur , sed in antiquitatibus Romanis Fidii simulacrum ita effictum cernitur ; marmor est in fenestrae modum formatum , in quo tres Imagines insculptae sunt , dextra quidem virilis , habitu pacifico , sinistra vero muliebris est , eodem habitu , coram in capite ex lauro gestans , quae dexteram dextrae jungit cum priore imagine in medio harum duarum ingenui pueruli effigies cernitur cujus supra caput haec duo verba leguntur FIDEI SIMULACRUM , apud imaginem dexteram virilem , HONOR , in sinistra imagine muliebri VERITAS legitur .

Cornucopia.

Quia vero Jovem perjurii poenas capere arbitrabantur , in hanc sententiam mihi nunc in mentem venit , dicendum , eum non semper , ut prodesse esse cultum , sed interdum ne obesset , tuncque eum Vejovem appellatum , quod nocendi vim habere credebatur , quod & ejus effigie ostendunt , nam eum ut Agellius & Alexander Neapolitanus referunt , puerum effinxerunt , capite cornuto , sagittas manibus continentem , tanquam ad nocendum videretur esse paratus ; prope erat Capra ; nam in fabulis extat eum , cum mater a voracibus Saturni faucibus eripisset alendumque in Creta duabus Nymphis , Amaltheae scilicet atque Melissae , vel ut alii dicunt , Hagae atque Helici tradidisset , melle ac lacte caprino esse nutritum ; hanc capram ajunt , cornu arbori illisum perfregisse : Hoc mulierculae , ut quae eam in deliciis haberent , tulisse quidem molestissime , & cornu diversis floribus ac fructibus referentes , domum reversas Jovi obtulisse ; eumque id munus libentissime excepisse ; utque sempiterna suam nutricem memoria prosequerentur , id annonae ubertatis signum esse voluisse : quare cornucopiae interdum que cornu Amaltheae , vulgo vocabatur , de quo Pherecydes dixit , ut Apollodorus refert , ejus vim esse , ut affatim omnia ad esum & potum pertinentia suppeditet . Hoc idem cornu non caprae Amaltheae , sed ejus bovis fuisse fertur , in quem Achelous est conversus , cum certaret cum Hercule Dejanirae causa , quae a patre ambobus desponsata erat , nam ei cornua ab Hercule effracta Poetae fabulantur , atque in profluentem fluvium abjecta ; quae Najades ubi collegissent , variis floribus ac fructibus referta



Imago. 21.



referta ac frondibus coronata, copiam consecrarunt, Itaque ei cornucopia est nomen inditum, Hoc, ut rem, prout gesta est examinare omitteremus, ex aliquorum sententia, fortunam vim nobis ostendit; animalia n. multa vires suas in cornibus paratas habent, quibus obvia quæque lædant. Fortuna suam administram Copiam habere fingitur; ea namque ditissima creditur, ac in ejus manu esse situm; pro libidine aliis atque aliis divitias tradere vel auferre: quæ floribus non ineptè comparari possunt, quibus cornu refertum erat. Illud quoque hic dici posset, cornucopia esse illud quidem Capra, quæ Jovi ubera præbuit; ab eo enim cuncta bona in homines derivare putabantur; ut & nos superius diximus. Quare ei eandem potestatem attributam legimus atque Soli; ideoque eidem sagittas in manus tradebant, prout in effigie hic posita cernitur. Aliqui Jovi numen quoque Bachi adscripserunt, cum Bacchi insigniis effingentes, qualem Polydectus, ut Pausanias scribit, cum in Arcadia expressit: ei cothurni pro calceamentis sunt, & altera poeculum, Thyrsum altera tenet: Thyrsus aquila infilit: ejus forma forte erat juvenilis, cuiusmodi fuisse Bacchus pingitur, ac qualis Terracina exstabat, quem axyron cognominaverunt, hoc est novacula non indigentem, cum esset in herbis.

Imago, 21. a.

*Jupiter cum
Bachi in-
signiis.*

Paucæ quidem Jovis statuæ visuntur, quibus Aquila non sit addita; ea enim avis est Jovi sacra: quare ejus currus ab Aquila trahi fingitur: aut quod, ut Lactantius refert, faustum ab ea augurium suscepisset, cum ad bellum contra Patrem Saturnum, secundum aliquorum sententiam, proficisceretur, ex quo victoriam postea reportavit. Itaque & in bello contra Titanes Aquila Jovi arma subministrare fertur. Itaque eam frequenter una cum Iove pingunt, unguibus fulmen continentem: aut quod inter aves sola à fulmine numquam læditur: & sola absque oculorum detrimento, obtutus in sole desigit. Quapropter ea non injuria avium regina appellatur, Regique Deorum Jovi est sacra. Exstat apud Pausaniam in Eliacis prioribus Jovis statuæ descriptio, quam Phidias effinxit; Sedet in folio Deus, ex auro, & ebore factus: corona capiti imposita est, ad oleagri nefrendis imaginem: dextera Victoriæ, & ipsam ex ebore, & auro præfert cum tania & corona: lava sceptrum tenet affabre expositum, & omnium metallorum varietate distinctum: quæ avis sceptro incumbit, aquila est: aurei sunt duo calcei; pallium item aureum: in eo cum diversa animalia, tum ex omnibus florum generibus lilia in primis calata sunt: folium ipsum auro, & pretiosis præfulget lapidibus; neque in eo vel Eburnum, vel ebur desideratur; animalium vero formis intercurrentibus pictura exornatur: signa etiam in eo eminent Victoriæ, quatuor saltitantium specie ad singulos sellæ pedes: duæ item ad pedum calcem sunt. In solii puteali supra simulacri caput sunt Gratiæ ex una parte tres, totidem Horæ ex altera: & cætera, quæ ibi Pausanias

*Aquila Jovi
sacra.*

*Aquila avium
Regina.*

*Jupiter in
folio.*

nas

DEORUM QUI AB ANTIQ.

Jupiter Custos. nias persequitur. Jupiter præterea in quodam Neronis numismate sedet; dextera fulmen, sinistra vero hastam tenens: sunt ibi impressæ hæ literæ, JOVI CUSTODI. Lucianus, de dea Syria scribens, in ejus templo refert, Jovis simulacrum supra duos tauros sedere. E contra in quibusdam etiam numismatibus Antonini Pij, & Gordiani Jupiter stat, nudusque cernitur, dextera Hastam, sinistra autem Fulmen gestans. Inscriptio est, JOVIS STATO-
Jupiter Stator. RI; ita enim à Romulo fuit cognominatus, quod scilicet Romanos milites à Sabinis in fugam conversos stitisset, qui renovato prælio, frontem non terga hostibus ostendissent. Non longe diversus existat in quodam numismate Diocletiani; in quo est Jupiter stans, dexteraduas sagittas, vel potius duo fulmina, sinistra vero hastam habet erectam, cum his literis, JOVI CONSERVATORI. In altero etiam ejusdem Diocletiani, Idem est Jupiter, dextera, Victoriolam porrigens, sinistra hastam erectam habens, inscriptio est hujusmodi; JOVI CONSERVATORI ORBIS. Nam Nullum insigne est magis Jovi proprium fulmine; licet Romani olim idem etiam, ut Plinius refert, Summano attribuerint; qui quidem idem erat atque Pluto: sed tamen no-
Fulmen datum Summano. Eternum tantum ei fulmen, diurnum vero Jovi adscribebatur. Verum Hetrusci fulminum diligentissimi observatores, Vulcanum atque Minervam quoque fulmen jacere senserunt; quo ea Græcorum classem exussit. Quare Virgilius in primo Æneidos Junonem introducit, talia secum
Fulmen multorum Deorum insigne. flammato corde volutantem, cum videret Trojanorum reliquias, Ænea duce, se ab Italia avertere non posse, nec eis pro libidine nocere;

--Pallasne exurere classens

Argivum, Atque ipsos potuit submergere ponto?

Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem:

Ast ego, &c.

Manubias trium colorum. Idem dicebant, manubias ab aliis Diis emissas albas ac nigras esse. Sed quam Jupiter jaculabatur, rubram fuisse, ut Acron Horatij interpres refert, cum scilicet ea verba exponeret:

--& rubente

Dextera sacras jaculatus arces.

Fulminum tria genera. Sunt tria fulminum genera, ab Aristotele tradita; quorum unum est clarum, mirificæ maxime naturæ; quo dolia exhauriunt, intactis operimentis, nulloque alio vestigio relicto: aurum, æs, & argentum liquatur intus, facculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo ceræ. Martia princeps Romanarum icta gravida, partu exanimato, ipsa citra ullum aliud incommodum vixit: interficiuntur homines, vestimentis nulla ex parte læsis. Hoc fulminis genus à Minerva proficisci credebatur, quam Jovis è capite ortam ferebant, quæ purissimam, ac subtilissimam ignis partem significat

Miracula fulminum.

significat. Itaque fulmen inde manans, candens est. Alterum genus est, quod adurit hocque est rubrum, Iovis manu emissum. Tertium humidum est, non urit, sed infuscat: quare nigrum dixerunt, Vulcanoque attribuerunt, cui ignis noster, qui fumosus est, sacer erat. Quamobrem poeta fulmen trifidum appellavit, ut quod triplici modo feriat, ac triplici sit acumine præditum: a tribus etiam Cyclopiis illud effingi existimabatur: ut inferius, cum de Vulcano loquemur patebit. Sed tamen nunquam Vulcani imago aut Minervæ cum fulmine effingitur, licet id eis attribuat, ut fulminis natura, atque effectus declarentur. Iovi vero interdum in manus tradebatur, alias ad pedes, aliquando id ei Aquila rostro, vel unguibus gestabat: atque alias aliter, semper tamen Iovi fulmen adpingitur. Seneca libro II. *quæst. natural.* inquit, ad coercendos animos imperitorum sapientissimos viros Iovi fulmen tradidisse, ut supra nos scilicet aliquid timeremus, utile enim erat, in tanta audacia scelerum aliquid esse, adversum quod nemo sibi satis potens videretur. Ad conterrendos itaque eos, quibus innocentia nisi metu non placet, posuere super caput vindicem, & quidem armatum. Neque solum ut idem dicit, ipse per se Iupiter fulmen mittebat: sed etiam (quod superius etiam diximus) ex aliorum Deorum consilio: hocque genus perniciosum sane erat; sicut placibile existimabatur quod solus jaculabatur. Hinc Seneca infert, inquiens, quemadmodum Iovem prodesse solum oportet, nocere non, nisi cum pluribus visum est; ita hos, qui magnam potentiam inter homines adepti sunt, sine consilio pœnas irrogare non debere, sed multos aduocare, considerare multorum sententias, placita temperare, & hoc sibi proponere, ubi aliquid percuti debet, ne Iovi quidem suum satis esse consilium. Idemque Iovem interdum levioribus fulminibus, atque iusuriantis telis uti, non autem semper gravibus, eo spectare vult, ut ij admoneantur, quibus adversus peccata hominum fulminandum est, non eodem modo omnia esse percutienda; sed quædam frangi debere, quædam elidi, & distringi, quædam admoneri.

Ægida quoque Iupiter legitur sinistro brachio gestasse, quæ erat pellis capræ illius, à quo fuit nutritus; qua excussa, pluvia creari dicebantur, perinde atque dextera fulmina emitti, quemadmodum Servius apud Virgilium, adnotat in II. Æneid. cum dicit.

— Arcades ipsum

Credunt se vidisse Iovem, cum sæpe nigrantem.

Ægida concuteret, dextra nimbosque ciceret.

In eadem pelle, quam Diptheram vocabant, Iupiter omnia hominum facta perscribere credebatur, ne scilicet e memoria effluerent; ac multa quidem pro tempore dissimulare, verum aliquando de improbis pœnas sumere: quare, cum aliquem in improbum, postquam diu in sua improbitate vivere, situs

K

esset

Ægis à Iove gestata.

Dipthera Iovis liber.

esset, sero tandem pœnas dare viderent, proverbio dicebant; Inspexit, etsi sero, pellem Iupiter: Sed & idem absque fulmine in quadam statua, quæ erat in Caria, cernebatur; immo nec Sceptrum, nec quidquam eorum habebat, quæ superius esse Iovis insignia diximus; Sed tantum securim tenebat. Cujus quidem rei hanc causam Plutarchus affert; quod scilicet, Hercules, Hippolyta Amazonum regina interfecta, ab ea una cum cæteris armis securim ademerit, quam & Omphalæ, suæ amasiæ donavit, quæ erat Lyda genere: quare Lydorum reges eam postea tamquam sacram servarunt, & religionis ergo gestare solebant. Hæc deinceps post longam annorum seriem tamquam per manus tradita ad Candaulem pervenit; qui eam ob fastum ferre detrectans, ferendam cuidam suo asseclæ tradidit: Sed Giges, Caria Rex ambobus interfectis, una cum cæteris spoliis, securim in Cariam detulit; ibique extracto Iovis simulacro, securim in illius manu dedit, & Labradæum Iovem appellavit; nam Lydi securim $\lambda\alpha\beta\rho\upsilon$ vocant. Ex hujus Iovis Labradæi statua, quemadmodum refert Ælianus, gladius nomine Carius appensus fuit: qui ideo venerationem habuisse dictus est, quod Cares primi belli officinas instituisse, pecunia & mercede militasse, Iovis clypeos appendisse; & cristas galeis accommodasse ferantur.

Iupiter Labradæus


Quia vero pictores non minus interdum Poëtarum figmenta peniculo exprimunt, atque ipsi Poëtæ effinxerint; Ctesilorus Apellis discipulus eam fabulam, qua Iupiter Bachum peperisse fingitur, ad vivum suis coloribus representavit; nam ut Plinius lib. XXXV. Refert, Iovem parturientem mirratum depinxit, & muliebriter ingemiscentem inter obstetricia Deorum. Nihil hic de Bacho dicam, quem Iupiter diu femori agglutinatum habuisse ferunt, quoad partus hora venisset: Hujusmodi enim fabulæ ex Ovidio lib. Metamorph. facile cuivis notæ esse possunt. Sculptores etiam statuarum suarum exempla sæpe à Poëtis mutuati sunt. Quare quidam Leontini, quemadmodum scribit Pausanias, suis sumptibus Iovem septem cubitos altum, Aquilam sinistra, dextra vero Iaculum continentem effinxerunt; quod eum scilicet ita à quibusdam Poëtis descriptum legissent. Strabo cum de Iovis Olympii templo scribit, quo ex universa Græcia concursus fiebat maximus, certatim omnibus splendida dona afferentibus, inter cætera dicit, ibi statuam Iovis videri, ex ebore à Phidia factam, eamque ita vastam, ut templum id quamvis maximum, exiguum magnitudini statuæ esset, quare reprehensione dignus fuisse artifex visus est, quod statuam ibi posuerit, quæ loco minus congrueret; nam ea sedens, vertice tectum attingebat, quare si forte surrexisset, templi proculdubio operimentum perfregisset. Sed tamen ea apud omnes fuit laudatissima, nam ut Quintilianus ait, vastitas illa religionem injicere intuentibus videbatur, & nescio quid maiestatis Iovis nummini addebat, hanc ad Homeri descriptionem exculpisse Phidias assus est, qui in Iliade ita de eo inquit;


*Imago 22. a
Bellorum
instrumentorum
inventores,
Iupiter parturientis.*

Annuit

Imago . 22







Handwritten text, possibly a signature or date, located in the upper right corner of the page.

Imago. 23.



far
co
re
ca
jus
qu
dil
in
Da
qu
ex
ha
bu
ba
viv
fun
ni
ac
ey

ni
fol
vel
ibi
co
qu
ri
cu
tro
hu

ca
tic
fit
du
ru
G
ru

Annuis, & nutu totum tremefecit Olympum

sape etiam pictores sui animi commenta depinxerunt ut fecit Apelles, cum conjurationis fuit factus reus, quod inferius in calumnia imagine exponemus: & Nealces ingeniosus & solers in arte, & Plinius lib. xxxv. refert cum praelium navale Ægyptiorum & Persarum pinxisset, quod in Nilo, cuius aqua est mari similis, factum volebat intelligi, argumento declaravit, quod arte non poterat, asellum enim in littore bibentem pinxit & crocodillum insidiantem ei: nam magna est in Ægypto crocodillorum copia, sicut in persia asinorum, quam à pictoribus & sculptoribus excogitatum dicunt, Deorum imagines absque hominis vel animantis alicujus figura effingere, qualis legitur Veneri Paphiæ statua fuisse. Sol etiam ita apud Phœnices fuit expressus. Sicioni qui est Peloponesi populus, Jovem Pyramidis instar habuerunt quod eodem referri crediderim, quo ejusdem effigies, inferioribus partibus nudi, & superioribus tecti referebatur, de qua superius diximus; basis enim ejus statuae tenebras significat, quibus impediti, dum hanc vitam vivimus, divina illa, minus intueri possumus; Quæ acutis mentis obtutibus sunt cernenda, quos pyramidis cuspis nobis adumbrat, tunc autem ea cernimus, cum omnibus harum rerum affectibus exsuti intelligentiæ aciem acuimus, vel cum corporea hac mole deposita, sursum ad Deo fruendum evolamus.

Quintus Curtius lib. iv. scribit, apud Trogloditas in loco Jovi Ammoni consecrato, fontem extitisse, quæ aqua solis vocabatur, hæc oriente sole terebat, meridie frigebat, vesperi calebat, in tempesta nocte fervebat, & nocte ad auroram declinante paulatim usque ad teporem deferuebat ibidem ait pro numine quoddam simulacrum habitum, quod nullam cum cæteris similitudinem haberet, sed instar umbilici esset ex smaragdinis, aliisque lapillis pretiosis coagmentatum; subtus quidem latum, ac rotundum, quod paulatim versus cuspidem attenuaretur, cumque ex eo aliquid sciscitari vellent, solemni pompa sacerdotibus supra auratam naviculam gestatum, cui in circuitu multa argentæe pateræ adhærebant. In pompa sequi matronas atque origenes, in composita quædam carmina concinentes, quibus sibi persuaderent, Jovem certâ responsa redditurum.

Sed & sub arietis specie Jupiter Ammon fuit cultus, cujus rei hanc esse aliqui causam dicunt, quod Bachus cum exercitu per Lybiæ deserta ambulans, sitiens, cum opem à patre Jove petiisset, ab ariete ad fontem sit ductus, ubi sitim universus exercitus sedarit. Atque credentes Jovem formam illam indutum, aquas ostendisse, altare, atque arietis simulacrum ibi Jovi possuerunt, Ovidius à fabula non recedens, vult Jovem eo tempore, quo Dij Gyantum impetum declinantes in Ægyptum secesserunt, ut tutus ab eorum vi esset, se in arietem convertisse. Herodotus rationem afferens,

Imago. 21.

Jupiter Ammon.

Solis fons
statua umbilici instar.

Jupiter sub arietinis specie.

*Aries cultu
affectus.*

Imago 24.a.

cur Thebis, quæ civitas est in Ægypto, nefas esset, oves mactare, dicit Jovem, cum noller se Herculi mirum in modum ipsius aspectum desideranti, videndum præbere. Ubi quotidianis efflagitationibus sibi ab eo molestia exhiberetur, tandem ejus precibus victum cessisse, ac se pelle arietina tortum ostendisse: ex hoc quæ Ægyptios Jovis simulacri exemplar sumpsisse, quod specie arietis effingebant. Quare hanc belluam apud eos divinos honores meruisse, neque unquam in sacrificium mactari, præterquam quod die Jovi sacro, quotannis caput arietis abscinderent ei pellem detraherent, qua Jovis simulacrum vestirent; ad quod Herculis effigiem adinoverent, ita ut hoc illud cerneret, post omnes ad decoratum arietem, verberandum proficisci, cuius cadaver in sacra urna conditum, maxima cum religione sepelirent. Neque tantum apud Ægyptios Iupiter Ammon fuit, sed & apud Arcades, quem admodum Pausanias recitat, apud quos ejus effigies cernebatur forma quadrata, instar Hermarum, quæ sunt Mercurii statua. Alexander Neapolitanus scriptum reliquit, Celtas qui sunt Galliarum populi, loco Jovis altissimam quercum veneratos esse, fortasse quod eam arborem Jovi sacram scirent, ex cujus fructibus olim homines victicassent, tanquam Jovis esset, eos alere quos in lucem edidisse, eisque prospicere crederetur. Quamobrem antiqui omnes fere Jovis statuæ quernis foliis coronare consueverant; perinde atque ea arbor vitæ Symbolum esset, quam ab eo immortales dimanare existimarent. Itaque Romani, eos milites querna corona cohonestare solebant, qui civem Romanum in pugna ex morte servassent, ei vitæ insignia tribuentes, qui vitæ alicujus autor existisset. Sed & ex oleæ foliis aliquando Jovem redimebant; hujusmodi enim arbor semper viret; plurimum utilitatis in mortales importat; ejus folia cælestem colorem referre videntur: quamvis minervæ, aut Palladi potius sacra esse videatur. Pausanias narrat, alicubi in Græcia Jovis simulacrum extitisse, quod in altera manuum avena, in altera fulmen teneret, variisque florum generibus circa tempora esset redimitum. Interdum Iupiter regiam coronam gestabat, quemadmodum superius ex Marciano vidimus; nam cujus effigies, ut eam Pallas cum Arachne certans, apud Ovidium acu pinxit, erat regia; idque non injuria, cum Deorum, Hominum, universique orbis Rex crederetur. Servius decimam Virgilio Eclogam enarrans scribit, propria Jovis insignia, quæ triumphantes gestare solebant Sceptrum, togamque palmatam fuisse (quod erat vestimenti genus purpureum, magnum atque latum, dictum à palma, in eo intexta; alii à latitudine clavorum aureorum, quæ in eo picti erant, dictum putant) itemque faciem rubro colore tinctam habere; nam ut Plinius refert, Romani quolibet festo die Jovis, faciem minio illinire solebant, & à censoribus in primis Iupiter miniandus locabatur, ex quo mulieres sumpservunt exemplum sese minio fucandi, ut rubræ videantur, quod putent se ita pulchriores reddi, cum interdum se his fucis

Imago. 24





fucis maxime deformes exhibeant. Apud Æthiopes proceres totos se eo tingebant, hieque ibi Deorum simulacris color erat.

Victimæ, quæ Iovi diversas ob causas, aliis atque aliis temporibus, sub variis cognominibus immolabantur, erant capra; agna bima, candidus taurus cornibus auratis: idque apud Romanos, qui interdum ei farre, sale, atque thure, absque alia victima faciebant. Apud Athenienses ei bos mactabatur, maxime quidem ridiculo ritu; qui erat ejusmodi, ut apud Pausaniam in Atticis legitur; In Poliei Iovis ara Ordeum tritico permixtum apponebant, neque custodes adhibebant: bos ad sacrum comparatus dum ad aram accedebat, fruges eas attingebat: ex Sacerdotibus is, quem *βουθύον*, id est bovis percussorem appellabant, securim in illum jaculatus, fugiens abibat: qui assistebant, tamquam eum, qui bovem percussisset, non vidissent, securim in judicium ream citabant. Hic mos inde derivavit, ut Suidæ videtur, quod in festo Jovis serunt taurum sacras placentas devorasse, paratas ad sacrificium, quem Taulon quidam, arrepta Securi, statim interfecerit, atque fuga evaserit: Bipennis relicta ad judicium postulata, absoluta est: & eum deinceps ritum quotannis servabant. Neque mirum, apud Athenienses securim ream peractam; nam inter Draconis leges res quoque inanimatas, cum facinoris auctor non reperiretur, citari, damnari, relegari, extraque civitatem abiici, aliasve pœnas irrogari pro criminis ratione volebant. Quare apud Pausaniam de Theagene, & apud Suidam de Nicone Athleta, simile quidpiam legitur. Hic pugil fuit, & pugnis, & lucta, pancratio, cursu, & aliis certaminibus, in Olympiis, Nemeis, Isthmiis & alibi victor acceperat coronas, ut ajunt, Mille quadringenas: cum vero è vivis excessisset, quidam accessit ad statuam ejus, quasi viveret, & flagellis eam cecidit; in quem illa collapsa, hominem contumeliosum ulta est: interfecti autem filii cædis ream egerunt statuam; itaque eam Thasii in mare abjecerunt secundum leges Draconis. Pythia vero Thasios, ex hoc iniquo judicio peste laborantes eam statuam restituere jussit. Quicum dubitarent, quo pacto illa è mari extrahenda esset, piscatores retia cum laxassent, ut pisces caperent, eam e mari extraxerunt, quam Thasii in pristinum locum restituerunt, eique postea divinos honores decreverunt.

Fabulæ quæ plurimæ de Jove narrantur, multa præbent argumenta, ejus effigiei diverso modo exprimendæ, nam eum referunt alias atque alias subinde formas induisse, ut amatis rebus fruere; in taurum enim se convertit, ut cum Europa concumberet; in Aquilam, ut Ganymedem atque Asteriam raperet; in auream pluviam, ut Danaæ illuderet; in Cycnum, ut Lædam opprimeret; in ignem, ut Æginam falleret; in Amphityonem, ut cum Alcmena coiret; in Dianam, ut Calistoni se jungeret; atque in alias innumeras figuras se vertisse fertur; de quibus nihil dicendum statui; quandoquidem veteres ad eas nullam Jovi imaginem expresserunt.